

(Kobielskiego franc.): Mowa na pogrzebie Nayiaśń. Monarchów Augusta II. Jana III. Maryi Kazimiry y Infanta wnuka miana w Krakowie 15 Januarii.

MOWA
NA
Pogrzebie Nayiáśnieyſzych
MONARCHOW:
AUGUSTA II.
JANA III.
MARYI KAZIMIRY
Y
INFANTA WNUKA
Miána w Krákowie 1734.
15. Ianuarij.


BIBLIOTH. UNIV.
JAGELLONICAE


C. R. BIBLIOTHECA
UNIV. IAGELL.
CRACOVIENSIS

DEDYKACYA
NAYIASNIEYSZEMV
FRANCISZKOWI XAWEREMV
Krolewiczowi Polſkiemu.

DZieło Rąk Boſkich, deliká- tnie wychowánych Monárchow, Pobożne życie, śmierć świątobliwą lubo w młodociáne,

iuż iednák z pobożney Rodzicow Inſtitucyi po Berłá y Korony do Niebá wznieſione, oddáię Ręce Twoie NAYIASNIEYSZY KROLEWICZV!

Przyimiy te kilká Liter, ábyś one czytáiąc, za czáſem poymuiąc, wielu Papieżow, Ceſárzow, Arcybiſkupow, Biſkupow, Heroin Swiętych, y Męczennikow Nayiáśnieyſzego Domu, Wyſokie Ich Cnoty, Wiekopomne czyny náśládował.

Po Polſku mowię do Ciebie; dogadzáiąc Gieniuſzowi

Twe

Twemu. Albowiem choć by kto niewiedział, że Dom Twoy Nayiáśnieyszy przez dawne z Iágellonow Indygenáty, álbo Polski iest; álbo z Polskiemi Tronámi ták ziednoczony, że się od nich nierozni; lat młodych Twoich Propensia to oczywiście wydaie; że prawdziwym Polakiem iesteś, gdy nie ináczey mowić, nie ináczey chodzic, tylko po Polsku pragniesz.

Postępuy z láty wlátá sędziwości, z cnoty w Cnotę doskonáłości, ábyś dostą-

*pił Naywyższego Błogosłáwień-
stwá Boskiego, pomyślney
konsolácyi y wszelkiey szczę-
śliwości. Tego życzę y o to Pá-
ná Bogá proszę.*

WASZEY KROLEWICZOWSKIEY MCi.

Wierny Bogomodlcá y
naynižszy sługá
Autor Operis.

EHeu mortales ludimur! fatorum rapidâ ludimur orbitâ, casibus stamus, ruinis erigimur, fluunt suîs tempestiva fata periculis, risus & gemitus alternô redeunt chorô. Heri festus luxit dies, hodie feralis lugetur strages. Hi elevantur ad Thronum, Isti deprimuntur ad tumulos. Hi Polono nascuntur Orbi; Isti moriuntur. Hi stabiliuntur, Istorum stat magni Nominis Vmbra.

Varsaviæ è sinu Matris Reipublicæ, unà cum Magnis Collegis, non sine gemitu, Serenissimorum Horum ad custodiam, sacra Exuviarum acceptando Lipsana; Verba mihi eripiebat dolor, nunc eadem

æter-

æternæ reddendo qieti, iterum ad lacrymas redire cogor, ſed eaſdem idem retinet dolor, vox tantùm faucibus hæret, rigidumq; mæſto pectori marmor ineſt. Siccine ad ſarcophagum Sereniſsimorum horum Monarcharum, nihil non triſte ſpectabitur? Jamne Mortales ad umbras, nullam fauſtiorem ominabimur lucem? minimè. Pretioſa in conſpectu Domini Mors horum Iuſtorum; Magnæ Animæ, Divinæ Majeſtati aſsiſtunt, mæſtis jucundiora patrocinia contra quævis adverſa impetrare pollicentur.

Mala quæ patimur, eorum Authores & fautores ſumus, arma cudimus nobis ipſis infligenda, docemur Noſtrum mugire Iuvencum.

Legem habemus: timere Deum & amare, negligimus: Regem honorare omittimus, ſacerdotium ſpernimus, charitatem non curamus, non frater à fratre, non hoſpes ab hoſpite tutus.

Iuſtè feralibûs portentoſum telis, ruinas
in

in Regna, luctus & lamenta in populos; ex cataphractis ſyderum aſtris Cælum intendit, arcum tetendit, & paravit illum, beneficas non mittit influentias.

Iuſtè ad motum ſuperiorum ſublunaria ſua negant officia, imò contra nos aſſurgere videntur elementa, à quibus alimenta habere deberemus.

Fraudat laborioſam ager agricolæ manum, non dat fructum terra tempore ſuo, non omnis refert omnia tellus. Parum eſt, quòd nobis inimicus ager, ſed & àër, ad nutum cui famulatur æther, quatit urbes, ſternit turres, diruit domos, urit ſyrius; devaſtat vineas vehemens turbo. Quot elevationes Maris, Vrbes cum populis, populos cum Vrbibus mergunt! vel flumina beneficia minuunt! Illud in Ancona, hoc in noſtro probamus Viſtula. Procul hîc ab Ætna procùl à Veſuvio ſumus; ſcintillas tamen cineri ſuppoſitas doloſo quàm ſæpè experimur! Ex incidentia Feſtorum dum Marcus in Paſchate ſtabit

vix vanæ obſervationi non datur locus. Sed hæc imminentia mala non ego in ſydera, non in Zodiacum refero, plenam æternæ do Veritati fidem: ſurget Gens contra Gentem, Regnum adverſus Regnum, terroreſq; de Cælo & tempeſtates, peſtilentiæ & fames erunt; propter miſeriam inopū, & gemitum pauperum, propter injurias, injuſtitias, contumelias & diverſos dolos. Hæccine ſunt noſtrorum Cauſa malorum? hæccine ſunt arma, quæ noſtrô Nobis fecimus malô? Novimus o! Bone Deus; quia iniquè egimus, iniquitatem fecimus, novimus quod in cunctis deliquimus, in cunctis ut feriamur; aſt tamen quis furor ô Cæli! quæ tanta inclementia veſtra?

Ergone Vno premente Deo non feret alter opem? ergone non eſt qui tela telis, qui ponat pila minantibus pilis? Ergone non eſt, qui faciat bonum, non eſt uſq; ad unum. Macte me Hercule, macte animô o! Polonia, eſt quod ſperemus amici, eſt qui ſtet, eſt qui oret pro Nobis, eſt

qui

qui offensa Irato opponat arma Deo, Quorum hodie Ossa beata cernimus; Quorum Corpora Christiana charitate veneramur in terris, Eorum patrociniis protegemur in Cælis.

Non ego clypeum Ajacis, non Herculis umbonem quæro, scutum IOANNIS III. nobis tutamen est; Gladios AVGVSTI ob Fidei ardorem, Elianos censeo Enses, quibûs aderit in patrocinium.

Memini Tui IOANNES, & ad Tuum præclarè Ortum, ad Tuos vitæ totius Heroicos Actus obstupesco. Hoc altum Sangvinis, quod à Zołkievijs Coributhis, Radzivilijs, Drusinis, Pilavijs, Daniełovijs ab Abavis & Atavis traxit; nullus Oceanus æquare potest. Podoliæ imò totius Poloniæ, non Iudeæ Montana, in Nativitate Nostri IOANNIS gaudebant, pro Iordane, in Rubicone Magni Sangvinis stetit Infans Magnus coram Domino. Reptabat per scuta puer, inter Sceptra

 Regiæ

Regiæ Iagellonicæ Vniversitatis Cracoviensis antiquissimæ totius Lechiæ Parentis scientiarum, Altricis Virtutum, ludens monstrabat seriò, quantus Rex futurus erat. Dąbrovio Professore ad victorias & Coronas non vana auguria sumens. Legibus Patriis animum dedit, rebus bellicis studuit; externum lustraturus Orbem ivit; integrîs suîs, quæsitîs multîs redijt: Bellator, post signa ferens, post scipio, Dux, Rex. Paludamentum ita induit; ut Togam non deponeret. Priùs sub Laurus Victrices, quàm sub diademata tempora flexit. Quó venit, quæ vidit; vicit & fecit, non Carminis hæc sunt.

Quamdiu Viennensem Victoriam Orbis in Annalibus leget; tamdiu IOANNEM Austriæ Defensorem, Christianitatis Tutorem cum Gloria Gentis Polonæ non tacebit. Meruit Elogium à Christina Sveciæ Regina: Non Poloniæ tantùm, sed mundo imperare dignus, si illum Cælum nō uni tantùm Monarchiæ destinasset. Vndiq;

diq; laudabilis IOANNES, inde maximè; quòd aliis Regnans; DEO ſervire nôrit. Semper pius; ſemper Religioſus Monarcha, barbaricîs onuſtus Laureis ad æternam iturus Coronam; Actus Heroicos præmiſit. Popławium Epiſcopum Livoniæ & Piltinenſem pijſsimum, cujus memoria in Benedictionibus eſt; Scopovium Religioſiſsimum, ad Confeſsiones, ad Sacramenta Extremæ Vnctionis ſemper habuit, graveſcente morbô plurimos Antiſtites ſibi fecit adeſſe, ſed tunc vel maximè; quando temporali vitæ deſinebat eſſe.

Poſcit MARIA CASIMIRA linguam in ſua Elogia, ſed majora longè ſunt, quàm deprædicari queunt. Procul & de ultimis finibus pretium Ejus; in Fide ſtabilis, in pietate conſtans, plus Regno Cæleſti quàm Terreno intenta fuit. Ad fundanda ſanctuaria Capucinis, Monialibus Sanctiſsimi Sacramenti, Viſitationis Beatiſsimæ Virginis MARIÆ, in Arenis Mu-

 ſices

ſices, ad Gratioſam Divæ HEDVIGIS in hac Baſilica ornandam Crucem, Manum ſuam appoſuit, & Regio ſumptu perfici curavit, ditavit, dotavit. Vrbs totius orbis Roma audivit, vidit, & gaviſa eſt; quòd Regina in Superos tanta pietatè ferebatur.

Cervos in Stemmate geſsit, ſed ad Fontem Aquarum viventium Cervîs cucurrit celerior.

Recordor Tui AVGVSTE Sereniſsime, & opprimor Tuorum Magnitudine geſtorum. Ab Altiſsimá Regum, Cæſarum, Ducum Geneſi natus, parem majoribus animum geſsit, imò Major Romano Auguſto factus, quia non ſolum Magnus; ſed & pius. Magnum dico, quem enim Tuorum pro Religione & Regione, pro Patria & in Patria geſtorum Magnitudo non obruet? Expalluit Luna Otomanica ad Ejus Gladiorum fulgorem, & nunquam deſinet pallorem ferre. Attrivit Ejus cornua & ad eclypſim

psim coegit. Tauricanus Goliath agminibus militaribus improperans ad Podhaice, saxô in fronte percussus, nec ampliùs contra Principem Saxoniæ ausus est erigere cristas. Camenecum quod longo tempore tumore occupaverat; ab ejus possessione vindicavit. Zwaniec, Stryi, Káłuszá, Zbáraż, Trębowlia, Brzeżány, Zoráwnia, aliaq; plurima Fortalitia & Vrbes è compedibus solvit, milliones Christianorum è captivitate dæmonis liberavit: Magnus, Curlandiam legibus Divinis propagavit, Regno assecuravit, Iuventutem Polonam Civico & bellico exercitio applicuit. Magnus, amplissimo Senatu, Supremo Ministerio quidquid Augustum est, totum opus manuum Ejus est, totum annuntiat non solùm magnum sed & pium. Pium; quia pacem populi innumeris potiorem suis prætulit Triumphis. De Ipso potiùs dicendum est; quod de suo Plinius dixit Romano: compositis per Augustum bellis, populum, pax alta tenebat,

bat,

bat, terras freta coluêre, feras ſylvæ domuêre. Optimis fruebamur annis; ſedebat unuſquiſq; ſub vite ſua, & ſub ficu ſua, abſq; metu. Patrem, non Regem agebat; ut ſimul Pater eſſet, quoniam Magnus, quoniam pius. Pius nam pijſſimam Monarcharum ad amusſim adimplevit maximam: ſit pius ad pænas Princeps, ad præmia velox

Tanta lex Clementiæ in ore Ejus, ut cum ſummis quibusvis, quos venerabatur antiquitas, certare potuiſſet. Divina inſtitutione formatus, audebat dicere: Dimitte nobis debita noſtra; ſicut & nos dimittimus. Hæc efficiebat, ut nunquam ſupplicem abjiceret, nunquam injurias & offenſiones vindicaret, imò pro injuriis gratias referret, pro Crucifixoribus, pro lapidantibus ſe orabat, quæ major extat charitas quoniam Magnus, quoniam pius. Pius maximè ob Fidem Catholicam, quam in pectore geſsit, cum applauſu Orbis Chriſtiani publicam fecit, tenerrimè

ſerva-

ſervavit, actibus meritoriis decoravit, Diſſidentes in Fide, à publicis Functionibus lege lata, & executioni demandata, amovit. Hanc Sanctam Religionem ut ampliaret, in varias Regiones, Viros Religioſos, in Gentes diſtantes & differentes Nationes mitti curavit. Natalîs ſoli Apoſtolus, verè Iagellonis ex ſtirpe natus. Thorunium mitiùs ore loqui docuit, juſtitiam colere monuit, & non temnere Divos.

Quodſi ita Divinum Honorem ac Fidem veram promovere voluit, zelum dilatandæ Fidei, & Gloriæ Magni DEI habuit: quodſi tanta Charitatis, Fidei, Spei & Clementiæ documenta dederit, dubitamuſne; manſuetudinem, longanimitatem, fortitudinem, patientiam, aliaſq; virtutes Eum non coluiſſe? An verò tanta cum animi Conſtantia, graveſcente morbo fractus, & jam morti proximus, de vitæ hujus miſerijs de maximis Salvatoris Noſtri in Genus humanum Beneficiis differuiſſet? an actus amoris & gratitudinis in Cru-

C ce

ce pendenti Christo exhibuisset? an tam copiosos lacrymarũ fontes debita sua expiando (: ut nemo nostrûm sine vitio est:) profudisset? An publicam fere Confessionem fecisset? an Sacramentum Extremæ Vnctionis tam humillimè & ardenter postulasset? oculos manibus proprijs clausisset? mentem & animum ad Cælos elevasset? an deniq; Viaticum illud salutare Corporis & Sanguinis Domini tanta cum animi submisione, tanta cum inflammatione cordis suscepisset? an toto vitæ suæ tempore singulariùs, post illam gravem in Białystok infirmitatem, sacris pœnitentiæ virtutibus sese exercuisset? An per varia virtutũ Officia, per frequentatos actus sese disposuisset. Si totus cũ Deo nõ esset Vix alicui contingit benè mori, & male vivere. Nemo feliciter ad mortẽ pervenit: nisi qui se ad eã benè diu disponit: benè vivere necesse est, ut semel bene moriare. Bene vixit Noster AVGVSTVS; quia magnanimè, quia piè, quia inimicos dilexit,

bene

bène quoq; mortuus eſt. Bene JOANNES, quia Gratiam quam in Nomîne portabat, opere curabat. Bene MARIA CASIMIRA; quia exaltata interpretatur, Optimè Infans PRINCEPS; quia Parvulus. Si itaq; benè vixerunt, benè quoq; mortui ſunt: ſpes in Domino; quód vivant in æterna Beatitudine, quòd Beatifica fruantur viſione. Cùm verò hic, ubi variæ dantur perturbationes, tanti fuêre noſtri amatores; dubitamusne ibi, ubi ſola regnat Charitas, non fore nobis propitios Protectores?

Cùm tantùm gratiæ habuère Viatores, nonne Comprehenſores, validi erunt pro nobis Oratores? Si verò Illis adhuc aliquid, aut æternæ invidet quieti, aut retardat debiti; præſtemus Illis, quod eſt Chriſtianum, ad quod nos obligatio ſtringit: præſtabunt Illi, quod nobis neceſſarium vident. Non cum Abraham egreſsi de domo ſua, & Cognatione ſua, ut obliviſcantur noſtri. Clausîs mortalitatis ocu-

lis vident Divinitus indigentias noſtras. Continuerunt mortales aures, ſed æternis percipiunt verba oris noſtri. Reſpondent nobis ſervata Authoritate Majeſtatum, uti viventes per Cancellarios, Referendarios, exanimes per me funebralem Oratorem loqvuntur, & dicunt unum, in quo ſtat omne verbum, Vale.

Vale o ſumma una Mater Eccleſia Romana! CLEMENTIS II. & GREGORII V. Originis Saxonicæ ſuffulta Saxis, nunc ſub Clementiſsimo Capite, Purpurato Senatu, Patriarchali, Epiſcopali, totaq; Sæculari ac Regulari Hierarchia militans, deſtructis adverſitatibus & erroribus univerſis, ſecura DEO ſervias libertate, precantur.

Vale Auguſtiſsimè CAROLE, Valete Imperatrices, pro congregatis in unione Fidei armis & animis gratias agunt, exoptantq;, ut Regnum tuum, Regnum ſit omnium ſæculorum, & Dominatio Tua in generationem & generationem.

Vobis Throni Regij Succeſſoribus, & virtutum Hæredibus, valedicunt cum Sere-

nisſima Prole Magna Proſapiarũ Veſtrarũ, Qui in Veſtra decora totum orbẽ & Cælum trahitis; quia trinos Ottones, Henricos Imperatores, Sanctos Epiſcopos, & Martyres, Dabrowcas, Hedviges. Cunegundas, Salomæas, portatis Nomina, ſed non minora virtutum ſpecimina. Habetis optimos Duces, Sanctos, Doctores, Ductores, ite de virtute in virtutem, de gradu ingradũ; ut omnigenæ Benedictionis poſſitis cũ Sereniſsima Prole adipiſci gratiam. Regnate felices; ut Pax à pietate Veſtra cõceſſa Chriſtianorum fines, ab omni hoſte faciat eſſe ſecuros.

Vale Patriæ Navis prævidentibus & providentibus Naucleris, Stella Polari ac Cynthia Duce, Tubis canentibus; bonis avibus, Aquilarum, Corvinorum, Iaſtrzębiorum, Iaxarum ſub ſignis, Abdancorum ſub Literis, Colchũ pro vellere vade. Veliferi loco, ſa, lutifero Pilavæ Primatialis utere ligno, Pennis ſtruthinis, Haſtis pro remis, Vnicorniq; , Pogoniâ Pegaſo ve-

lociori curſu, Sagittæ volanti aſsimilare Capreæ Aſciâ ſecurante, Faſcia ligante, Druſorum Fluento, od portum Turrium, Nominatoris i pede fauſto.

Cracie Vavel vale, antequam in Valle Ioſaphat Coronas decoris Tui videat omnis Caro, AVGVSTI Meſſem ad gloriæ manipulos ſeptidenti ſeu Diviniſsimi Paracliti ſeptidono Pontificis ſui collige Raſtro. Palatina Ales Sauromatum faſces latura per Orbem, ſis Aquila Cælo proxima, & Turres Civitatis gemmis ædificentur.

Omnibus Regibus, Ducibus, & Principibus, cunctoq; populo Chriſtiano pro ultimo Vale, hoc linqvunt memoriale: Fuimus, non ſumus, eſtis non eritis, quia ſtatutum eſt omnibus mori. Ergo orate pro nobis & providete Vobis, ut ſicut fuimus in una Societate, ſic fruamur felicilsima æternitate Viatores Dilectiſsimi Amē.



Sermonem hunc erudito labore Illuſtriſſ: & Rńdiſsimi Domini D. FRANCISCI în Dmenin à Kobiele KOBIELSKI, Epiſcopi Antinopolitani, Suffraganei & Archidiaconi Vladislaviē:Præp:Crac. Dec: Varſaviē: &c. concinnatum, & rotundo de exedra in Eccleſia Cathedrali Cracov: prolatum diligenter legi & probavi: Vnde ut detersâ typi ſepiâ, quantocyùs in lucem publicam prodeat, dignum cenſeo. Datum in Collegio Majori 9. Calendas Februarij. 1734

M. MARTINVS WALESZYNSKI, S.Th: Doct: & Profeſſ: Canonicus Cathedralis Cracovien; Studij Gen. Vniverſitatis Cracovien: Procancell: & Rector Librorum Diœc: Crac: Ordinarius Cenſor.

mppr:


Biblioteka Jagiellońska
stdr0027491